C. J. 5. Decembr. 1576

46

VOTA, ET MOTIVA FIDELITER SVMPta à originali libro Consilij Domini Iustitiæ Aragonū de anno millesimo quingētesimo septuagesimo sexto. Et à processu Procuratorū hæredum termini de las Adulas,

Die quinto mensis Decembris, Anno M.D.LXXVI.

Eademdie in Camera Consilij fuerunt presentes Domini Locumtenētes sequentes.

Dñs L. de la Caualleria. Dñs Hier. Desplugas.
Dñs Hier. Chalez. Dñs D. Funes.
Dñs M. Barutel.

EADEM die in processu Procuratorum hæredum, & terrastenentium termini de las Adulas super apprehensione Dñs L. de la Caualleria Tel, fuit voti, quod debet pronūtiari petita per Ioa. della, M. Sanz, & Ioan. Pilares Procuratorum respectiué circa demolitionem Azuti, termini de la Almotilla, & alia, quæ in diffinitiuam reseruata fuerunt locum non habere, & cum his pronuntiari contenta in propositione oblata pro parte Sebastiani de Erbas, seu Illustrium D. Tristandi de Vrrea, & D. Franciscæ de Erbas cōiugum, cum quibus fuit causa resumpta simul & Iuratorum, Cōciliorum, & vniuersitatum locorum de Mecalocha, & Mocota respectiuè principalium L. Tornero Procuratoris durante quindena de la ribera, & respectu iuris deribandi, & ducendi aquam per flumen de la Guerba discurrentem mediantibus duobus Azutis in terminis loci de Muel constructis, & cequiis ab illis initium sumentibus, & tendentibus per terminos locorum de Muel, & de Mocota pro rigandis hereditatibus in terminis de Mocota existentibus, & ad molendum, & vsus molēdini de Mocota, iuxta concordiā, formā, & ordinē, actenus consuetum inhitum, & traditum per tunc dominos, & homines dictorum locorum de Mocota, & de Muel. Necnon contenta in propositione oblata pro parte Illustrisimorum Don Didaci de los Cobos, & Domnæ Franciscæ Luissæ de Luna coniugum, Marchionum de Camarassa principalium Ioan. de Agreda Procuratoris in quindena de la Ribera modis, & formis prædictis, & sine preiudicio, ac saluis, & reseruatis iuribus, super quibus propositio supradictorum Sebastiani

bastiani

bastiani de Erbas,seu Illustrium Don Tristandi de Vrrea, & Domnæ Frã ciscæ de Erbas;& Iuratorum, Concilij,& Vniuersitatis loci de Mocota recipitur,& in quindena Cæsaraugustæ respectu iuris rigandi tantum cũ illa aqua,ac diebus,& temporibus,modis,& formis contentis,&expressatis in addictione cuiusdam sententiæ arbitralis latę,& promulgatę per Serenissimum Regem Ferdinãdum,vulgo dictum el Catholico,sub die tertio Septembris de anno millesimo quatuorcentessimo nonagesimo sexto,in pręsenti processu exhibita,& fide facta,& non aliàs,aliter,nec vltra, nec non contenta in propositione oblata pro parte Illustris Don Ioannis Fernandez de Heredia principalis P.Nauarro Proc.seu Illustris Dominę Hieronymæ Fernandez de Heredia, cum qua fuit causa resumpta in quindena de la ribera indistincte,ac simpliciter,& in quindena Cæsaraugustę respectu iuris restagnandi aquam per fluuium de la Guerba discurrẽtem mediante quodam Azuto,& deriuandi,& ducendi illam per cequiam vocatam de Decidillo ad fines,& effectus tantum cum ea molendi,& vsus molendini de Botorrita in dicta cequia existentis, cum hoc tamen, quod dicta aqua non detineatur,nec naturalis cursus illius, quoquo modo retardetur,nec impediatur,& statim post ad albeũ dicti fluminis de la Guerba reducatur,&nõ ad alios fines,nec effectus aliter,necalio modo.Nec nõ cõtẽta,in propositione oblata pro parte Illustris &admodũ Reuerendorum Abbatis,Monachorũ,&Conuentus monasterij sanctę Fidei prin.P.Lopez Proc.in quindena de la ribera indistincte,& simpliciter,& in quindena Cęsaraugustę respectu iuris restagnandi aquam per dictum flumẽ de la Guerba discurrentem mediante quodam Azuto constructo in terminis de Maria,vulgo dicto las Canales de Maria, & deriuandi, & ducendi dictam aquam per cequiam à dicto Azuto initium sumentem ad fines & effectus tantum cum ea molendi,& ad vsus molendini,vulgo dicti de Cadrete,in dicta cequia existentis,& duorum aliorum molendinorum, vnum farinæ, & alterum olei intus dictum monasterium sanctę Fidei existentium, cum hoc tamen,quod dicta aqua non detineatur, nec quoquo modo cursus naturalis illius retardetur,nec impediatur,& statim post ad albeum dicti fluminis de la Guerba reducatur,& non ad alios fines, nec effectus aliter, nec alio modo,nec non respectu iuris quod Procuratores,seu ministri termini de las Adulas teneantur deriuare,& ducere aquam dictę quindenę Cæsaraugustę per flumen de la Guerba discurrentem per Azutum,& cequiam de lal Faz ad fines,et effectus tantum, quod dicti principales Petri Lopez Procuratoris,et seu homines de Quart possint, et valeant vti ad molen-

molendum, & ad vsus molendini, vulgo dicti de Quart in dicta cequia existentis, cum hoc tamen quod dicta aqua non detineatur, nec aliquo modo cursus naturalis illius retardetur, & impediatur, sed statim post ad albeum dicti fluminis de la Guerba reducatur, & non ad alios fines, & effectus, aliter, nec alio modo, nec non contenta in propositione oblata pro parte Procuratorum, hæredum, & terrastenẽtium termini de la Almotilla princ. Ioa. Pilares Proc. in quindena de la ribera simpliciter, & indistincte, & in quindena, & respectu iuris quod debeat ipsis signari per ministros, & Çauaçequias termini de las Adulas temporibus, ac modis, & formis consuetis, & cum asistẽtia & præsentia ministri, siue custodis termini de la Almotilla, si tempore signationis ibi reperiatur omnis aqua, quæ sine cautela, & fraude in principio dictæ quindenę Cæsaraugustæ reperietur intrare per Azutum, & cequiam de la Almotilla, etiam si sit allubionis, seu de crecida, & respectu iuris, quod debeat per dictos ministros, seu custodes termini de las Adulas in tota prędicta quindena conseruari dicta aqua signata sine aliqua diminutione, ex aqua tamen, quæ cursu naturali, & sine aliquo facto hominis, se transmina, cuela, escorre, y sobresale per Açutum de Lalfac, & quæ tendit per cequiam de la Almotilla, vsque ad Almenaram, in dicta cequia existentẽ, & non de alia aqua, aliter, nec alio modo: & respectu iuris deriuandi, & ducendi aquam per dictum flumen de la Guerba discurrentem per Azutum, & cequiam de la Almotilla ad rigandum suas hæreditates, & alios effectus eis bene visos in tẽpore alluuionis, & de crecida per fluuiũ de la Guerba discurrẽs superascẽdat, & superet Azuta terminorũ delas Adulas, & Romareda, taliter quod eat perdictũ, sitq; peritura, & hoc durãte dicta alluuione, & crecida modo prædicto, & non amplius, aliter, nec alio modo: & demptis, & reseruatis iuribus super quibus supradictorum propositiones respectiue recipiuntur, & cum modificationibus prædictis contenta in propositione oblata pro parte Procuratorum, hæredum, & terras tenentium termini de las Adulas principalium Ioa. Della, & M. Sanz Proc. fore fienda, fieri debere, eaque fieri mandare præstita prius per dictas partes respectiuè cautione forali prædictis propositionibus; super aliis, & omnibus aliis in præsenti processu oblatis, reiectis, & repulsis, reseruatis iuribus sua iura reseruari petentibus neutram partium in expensis condemnando: ex eo præsertim, & alias, quoniam constat supradictos, quorum propositiones

Cesaraugustę

tiones respectiue recipiuntur melius esse in possessione, seu quasi iurium in suis propositionibus deductorum, quibus non refragantur, quæ contra illa ex aduerso respectiue obijciuntur, attentis per partes in processu deductis, & aliis ex processu resultantibues Sebastiani de Erbas, seu Illustrium Don Tristandi de Vrrea, & Domnæ Franciscæ de Erbas coniugum, simul & hominum de Mocota, & Mecalocha, & Illustrissimorum Marchionum de Camarassa in quindecna de la ribera propositiones respectiue recipiuntur; quoniam constat prædictos tamquam dominos locorum de Mecalocha, & Mocota, & de Muel respectiue Iuratos, Concilium, & Vniuersitatem de Mocota esse in iure, vsu, & possessione, seu quasi, mediantibus duobus Azutis in terminis de Muel stantibus, & cequiis illis contiguis, & ab illis initium sumentibus, & discurrentibus per terminos dictorum locorum de Muel, & de Mocota deriuandi, & ducendi aquam per flumen de la Guerba discurrentem ad rigandum suas hæreditates existentes in terminis de Mocota, & ad vsum molendini eiusdem loci: & quod mediantibus dictis prædictis Azutis, & cequiis, dum transitum faciunt per terminos dicti loci de Muel dicti Marchiones Domini dicti loci, & seu vassali de Muel sunt etiam, in iure, vsu, & possessione, seu quasi, rigandi suas hæreditates in terminis de Muel existentes. Et quia aliquibus testibus dicitur se fieri, seu certa forma, & articulatur concordiæ, & conuentiones; ideo iuxta illas, & modum consuetum eorum propositiones recipiuntur, nec pro parte Marchionum contra prętensionem dictorum Domini, & vassallorum de Mocota prohibitiones aliquæ probantur, nec alia, per quæ intentio illorum subuerti possit, non recipitur propositio dictorum Marchionum quindena Cæsaraugustæ modis per eos prętensis, quia pręter id quod per arbitralem, & addictionalē sententiā latā per Regem Catholicū inter tūc Dominus loci de Muel, & Procuratores, & hæredes termini de las Adulas constat, & apparet ipsis prętensum ius non competere, sed aliud, in quo iuxta tenorem dictæ sentētiæ addictionalis eorum propositio recipitur dicti prędicti Marchiones, & seu vassalli aliter vtentes dicta aqua, quam in sententia prædicta continetur, fuerunt prohibiti, & pignorati per ministros, seu custodes termini de las Adulas, recipitur propositio Don Ioannis Fernandez de Heredia, seu Domnæ Hieronymæ de Heredia in quindena de la ribera simpliciter; quoniam

quoniam de eius legitima possessione, seu quasi, constat, sine alicuius contradictione, & in quindena Cæsaraugustæ respectu iuris ducendi aquam per fluuium de la Guerba discurrentem mediante Azuto, & cequia de Cidillo, nuncupata ad molendinum de Botorrita, & ad vsus dicti molendini; quoniam constat, ipsum in tali iure, vsu possessione, seu quasi, extitisse vsque ad tempus, & tempore apprehensionis, nec super hoc de aliqua prohibitione per homines de las Adulas ipsis facta apparet non recipitur eius propositio respectu iuris rigandi in dicta quindena, etiam tempore alluuionis, & de crecida, quoniam non satis, nec concludenter circa hoc probatur intentio illius, & constat de prohibitionibus, & pignorationibus factis per ministros, & custodes de las Adulas, quotiens ad eorum notitiam peruenit homines de Botorrita in quindena Cæsaraugustæ manu, seu facto hominis rigasse suas hęreditates, quoquo modo Abbatis, monachorum, & Conuentus monasterij sanctę Fidei propositio recipitur, vt dictum est, in quindena de la ribera; quoniam constat de pretenso eorum iure, vsu, possessione, seu quasi, nec super hoc à quoquam contra uertitur, & in quindena Cæsaraugustę eorum propositio recipitur respectu iuris ducēdi aquam per Azutum in terminis de Maria constructum, & quod ducatur etiam per Azutum de Lalfaz, & cequias ab illis initium sumentes, ad effectus tantum molendi, & vsus molendinorum locorum de Quart, & de Cadrete, & aliorum duorum intus dictum monasterium existentium, ac modo, & forma prędictis; quoniam constat, ipsos in tali iure vsu, possessione, seu quasi, extitisse vsque ad tempus, & tempore apprehensionis, nec super aliis per eos prętensis in dicta quindena Cęsaraugustę eorum propositio recipitur; quoniam constat ex deductis in processu ipsos vtentes dicta aqua ad rigandum suas hęreditates, vel aliter quam modo, & forma prædictis fuisse per ministros, seu custodes termini de las Adulas prohibitos, & pignoratos recipitur propositio Procuratorum, hęredum, & terras tenentium termini de la Almotilla prin. Ioann. Pilares Proc. in quindena de la ribera, quoniã de prętēso eorum iure possessione, seu quasi, constat, nec super hoc aliqua est contentio in processu, & in quindena Cæsaraugustę respectu iuris, quod ipsis debeat signari aqua, quæ reperitur intrare per suum Azutum, & cequiam in principio dictę quindenę, & debeat eis conseruari dicta

 aqua

aqua signata modis, & formis in sententia contentis, & respectu iuris assumendi, & deriuandi aquam per flumen de la Guerba discurrentem mediātibus dictis suis Azuto, & cequia tēpore alluuionis, et de crecida, vbi illa talis sit, quod superet Azuta de las Adulas, et Romareda pro rigādi suis hæreditatibus, et aliis sibi ipsis bene visis; quoniam propter id quod de iure videtur permissum, ac concessum; quia ocurrente dicto casu ipsis de las Adulas non nocet, & hominibus de la Almotilla prodest, ex deductis in processu, dictos de la Almotilla melius esse in iure, vsu, possessione, seu quasi dictorum iurium, super quibus eorum propositio recipitur, & super illis intentio illorum plenius probatur, quam contrarium pro parte hominum de las Adulas, & prohibitiones, & pignorationes per eos circa prędicta prętensæ nō ita probātur, vt intentio illorū subuerti possit, repellitur dictorū de la Almotilla propositio quatenus prætendunt, quod debet ipsis cōseruari aqua signata, nedū de ipsa aqua, que se escorre, cuela, y transmina per Azutum del Alfaz, sed ex illa aqua propria hominum de las Adulas, & quę per eos ab Azuto de Mecalocha deriuatur per flumen de la Guerba, & diuiditur per cequiā del Alfaz ad Azutum de la Romareda, & de las Adulas: quoniam, licet ex depositionibus duorum, vel trium testium pro parte hominum de la Almotilla productorum appareat semel, vel duabus vicibus fuisse ipsis conseruatum, el señal, siue aquam signatam, ex aqua, quæ ducebatur per cequiam del Alfaz per Almenaram, statim post dictum Azutum in ipsa cequia existentem, vbi dictis testibus esset fides adhibenda, nec aliquam contradictionem, & obiectionem reciperet, quod non caret dubio, attenditis eorum responsionibus ad interrogatoria, & aliis ex processu deductis; cæterùm ex depositionibus multorum testium pro porte hominum de las Adulas, & etiam aliquorum pro parte de la Almotilla constat, & apparet quod prętendendo pluries custodes de la Almotilla, quod ipsis debeat conseruari al señal, siue aqua signata, ex aqua, quę ducebatur per cequiam del Alfaz ad terminos de las Adulas, & Romareda, fuit ipsis denegatum per custodes, & ministros de las Adulas, & quod dictis denegationibus custodes de la Almotilla acquieuerunt, donec aqua ipsa sine aliquo facto hominis augmento, & cursu naturali se transminasse, colasse, y sobresaliesse per dictum Azutum del Alfaz. Et etiam probatur magno numero testium ab vtraque parte productorum

rum

rum deponentium, eos vidisse semper, & continue conseruari el señal, siue aqua signata, ex aqua, que se transmina, cuela, y escorre del Azud del Alfaz, & non ex alia aqua, ni de otra manera: & quod si aliter fieret, ipsi scirent, propter notitiam, quam de prędictis habent, &c. Quibus testibus in re continua, scilicet cursu aquæ, quindecim dierum singulorum mensium, & plurimis ex eis existentibus custodes dictarum aquarum, in quarum custodia, quasi continue versantur, & intendunt; & etiam supradictis attenta iuris dispositione, fides omnino adhibenda est, & illis potius standũ, & sunt præferendi duobus, vel tribus ex aduerso productis, quod & rationi, & ęquitati consonum reputamus: nam quemadmodum in quindena de la ribera dicti de la Almotilla, nullam aliam aquam habeant nisi illa, quæ ex Azuto del Alfaz se cuela, escorre, y transmina, nec aliud ius in aqua per flumen de la Guerba discurrentem prætendere possunt in dicta quindena; etsi eo tunc minuitur ipsa aqua, ipsis minuitur, & deficit, nec alia aqua ipsis de la Almotilla signatur per homines de las Adulas, nisi illa, quæ modo prædicto intrat per suum Azutum & cequiam in principio quindenæ Cæsaraugustæ: ita etiam tempore quindenę Cęsaraugustę debet eis conseruari ipsamet aqua eis signata, ex illa aqua que se cuela, transmina, y escorre ex azuto del Alfaz, & non ex alia aqua, etsi forsam minuatur el señal, debet ipsis minui, & deficere, non autem supleri ex aqua propria & peculiaris hominum de las Adulas, quam ipsi ducunt ab azuto de Mecalocha simul cum aqua fontis de Muel per albeum fluminis, & cequias modis, & formis eis bene visis, in qua, tempore quindenæ de la ribera, nullum ius ipsi de la Almotilla habent, nec pretendere possunt, & multo minus in quindena Cęsaraugustę, aliàs enim ex bono opere, quod ipsi de las Adulas faciunt aquam propriam, & peculiarem ducendo ad azutum del Alfaz; propter quod, nullatenus diminutio aquę signatę, quin potius augmentum contingere potest ipsis de la Almotilla in commodum, & damnum reportarent, quod non est dicendum, demptis iuribus supradictorum, super quibus eorum propositiones, vt dictum est, recipiuntur hominũ de las Adulas, propositio recipitur, quoniam probant, melius esse in iure, vsu, possessione, seu quasi iurium in sua propositione deductorum, super quibus ea recipitur; & in simul etiam dicuntur habere fundatam intentionẽ super iure, & dominio dictarum aquarum apprehensarum, quod ex senten-

ſententiis arbitralibus tam dicti Regis Catholici, quàm Iuratorum Cæſarauguſtæ, & ſcripturis, & documẽtis in proceſſu deductis, & aliis ex illo reſultantibus cõprobatur, Re. alios, &c. qui omnes fuerũt eiuſdem voti e x eiſdem votiuis, dempto Hie. Deſplugas Tel, qni obtulit ſeparatum ſuis loco, & tempore, &c.

Die xviiij. menſis Decembris,
Anno M.D.LXXVI.

Eadem die in Camara Conſilij fuerunt præſentes Domini Locũtenentes ſequentes.

Dñs L. de la Cauallaria. Dñs Hie. Deſplugas.
Dñs Hie. Chalez. Dñs. Di. de Funes.
Dñs M. Barutel.

Eadem die in proceſſu Procuratorum de las Adulas ſuper apprehenſione, Dominus Hie. Deſplugas Tel fuit voti, & opinionis Domini L. de la Caualleria Tel ex eiſdem motiuis.

Sig † num mei Anthonij de Seria, in ciuitate Cæſarauguſtæ domiciliati, auctoritateq́; Regia per totum Regnum Aragonum publici Notarij, ac Regentis principalis vnius ex Scribaniis Curiæ Domini Iuſtitiæ Aragonum, & eius Conſilij Secretarij, qui huiuſmodi vota, & motiua à originali libro dicti Conſilij de Anno milleſsimo quingenteſsimo ſeptuageſsimo ſexto, in quo continuata exiſtunt, ſic, & pro vt in dicto originali libro iacent, & continentur, manu aliena extraxi, & cum ſuis originalibus bene, & fideliter comprobaui. In quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum meo ſolito, quo artis Notariæ vtor, ſigno, ſignaui. Conſtat de raſo reſcripto vbi legitur, Redu, & à ſimili conſtat de emendato vbi legitur, acquieuerunt.